VICTOR VITENSIS. ETC.
12. Jh. Seite 63v
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26539
Copyright: Admont, Benediktinerstift



arriani. & se superatos a pueris erubescunt. Unde
accensi. sub di iterum fustib' iubent. quos iam ante pau
cissimos dies uariis uerberib' dissipauerant. in pri
mum uulneribus uulnera. & rursum pena restaura
ta crudescit. Factum est domino confortante. ut nec
ętas minor deficeret in dolore. & magis animus
cresceret roboratus in fide. Quos nec carthago mi
ro colit affectu. & quasi duodecim apostolorum cho
rum cum spicit puerorum. Una degunt. simul uescun
tur. pariter psallunt. simul in domino gloriantur.
Illis dieb' & duo negociatores frumentius & alius
frumentius ipsius urbis. egregio martyrio corona
ti sunt. Tunc & septem fratres non natura sed gracia.
simul in monasterio commanentes. confessionis cer
tamine expleto in marcescibilem peruenerunt ad
coronam. id est liberatus abba. bonifacius diaconus.
rusticus subdiaconus. rogatus monachus. septimus
monachus. & maximus monachus. Nam illo tempo
re crudelius arrianorum episcopi. presbiteri. & clerici.
quam rex & vvandali seuiebant. Nam ad persequen
dum ipsi cum suis clericis ubique gladiis accinti